

## DEDICATIO.

gnitionem capiendum attulisse, magnum deniq; ad prudentem officiorum administrationem sibi præsidium comparasse videatur.

Quod enim Plato in Phædro disserit animas quasdam ex communi quasi sorte exemptas alis esse instructas quibus in cœlum usq; evolent ad capiendum omnium rerum cognitionem: id verissime de ingeniis excellentibus Logica & Arithmetica arte informatis intelligi arbitramur. Hæ namq; duæ artes tanquam alæ humano ingenio sunt affixæ, quarum ope & ministerio homo non solum præsentium cognitionem assequi, sed etiam absentium, invisibilium, inò cœlestium rerum naturas contemplari & investigare potest. Nam ut nihil nunc dicam de Logica, de qua alius erit dicendi locus vel sola Arithmetica evidentissimum huius rei perhibet testimonium.

Primò enim numerorum tractatione nitescit animus præparaturq; ad reliquos doctrinæ fatus accipiendos: & felicissima iudicantur ingenia, quæ hanc numerorum doctrinam facile arripiunt. Sed longe uberiora maioraq; sunt illa quæ efficit hæc ars in studiis aliarum disciplinarū, & prudenti

dent  
sincer  
cris  
dici  
fium  
conf  
tion  
& ce  
gatio  
scien  
attir  
hæ p

ulla  
ne A  
iuria  
quo  
nob  
vero  
relic  
rith  
& ce  
ver  
dem  
3. A  
pau  
doc  
daff